



RHetus ex nobilissima familia apud Thufcos
 natus & educatus fuit. Cum itaq; Bellouesus
 cū maximo exercitu, Tarquinij Prisci regis Roma
 norū tempore, Italiam inuasisset, atq; Tusciā occu
 passet, ubi nunc Luca, Florentia, & Pisæ urbes cla
 rissimæ extant, Thufci hunc Rhetum ob insignes
 corporis & animi uirtutes sibi ducē eligūt, atq; ex
 patria profecti ad alpes tendūt. In ijs locis Rhetus
 consedit, atq; eam terrā à sese Rhetiam denomina
 uit. Eam terram Rhetus legibus & ædificijs exco
 luit, atq; lucis succis agros & uineas plātauit. Cū
 Germanis etiam fœdera iunxit, atq; eius regionis
 mores & linguam suscepit, ita ut hodie Rheti eius
 posterī circa Curiā urbem Episcopalē in Germania magna gloria rebus mo
 derent. Apud eos quoq; etiam nū nobilissimæ familiæ extant, quæ sese ab an
 tiquis illis Thufcis prognatos gloriantur, atq; nihilominus more gentis agri
 cultura, pascēdis pecoribus, aut bellis operam dando uictū sibi cōparant. Hi
 etiam lingua ex Tuscia & Germania mixta plerunque inter sese utunt. Venit
 Rhetus cum suis in eas partes anno mundi 3360. Aegid. Schudi in Rhetia.